



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 859. Usque Ad Annum 887

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117875

§. 25. Hadriani II. obitus. Joannes VIII. Papa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66112](#)

**Sæculum IX. man proficiscar, & Pontificem rogab,
A. C. 872. ut civitatem ab excommunicatione libe-**

**ret. Igitur ipse Romam, & Pontifex, missus
quodam Episcopo, nomine Dominico,
cives a censura absolvit. Exinde cum
Athanasius cum Imperatore iter faceret,
in Sedem suam restituendus, obiit in Sa-
cello S. Quiritii sex millibus a Cassino
distanti decima quinta Julii, Indictione
quinta, nempe anno octingentesimo se-
ptuagesimo secundo, postquam annis vi-
ginti duabus Ecclesiæ Neapolitanæ præ-
fuerat, & mensibus viginti & uno per-**

**Mart. Rom. secutionem tulisset. Ecclesia eodem
15. Jul. die, quo ad Superos abiit, ejus memo-
riam colit.**

§. XXV.

**Hadriani II. obitus. Joannes VIII.
Papa.**

**Ann. Bert. 871.
Mete. 872.** Inter hæc Ludovicus Imperator arma-
verterat in Adalgisum Duxem Bene-
ventanum, qui jam anno octingentesimo
septuagesimo primo Græcos adversus
Imperatorem advocaverat, & populos
Italiæ, qua meridiem spectat, ad de-
fensionem impulerat. Ludovicus subje-
ctis rebellibus victor Beneventum reddit,
ubi Dux se Imperatori fidelissimum simu-
labat. Sed ecce, cum is milites dimi-
sisset, pessimus proditor Imperatorem in
suo Palatio meridianem opprimere ag-
grederetur.

greditur. Evasit ille in turrim, quam Sæculum IX. occupatam postquam toto triduo defen- A. C. 872.
disset, tandem Episcopus Beneventanus obtinuit, ut, si jusjurandum, quod p- tebatur, edidisset, liber abire sineretur. Afferuntur Reliquiæ, Imperator cum Im- peratrice, filia principe, omnibusque suis jurat, nunquam se acceptam inju- riā ulturum, nec unquam in agros Be- neventanos cum armatis venturum. Ita dimissus Ravennam se confert, quo cum Pontificem accersivisset, petiit, ut se suosque ab hoc juramento absolveret. Anno sequente octingentesimo septuage- simo secundo Imperator ad solemnia Pen- tecostes celebranda Romam delatus ab Adriano Papa (ut conicere licet, tan- quam Hæres in Regno Lotharii) coro- natur. Tum coram toto conventu Adalgitum proditionis accusat, quem Se- natus hostem Reipublicæ declaravit. Altero anno Imperator in Beneventanos movit; sed Adalgitus, Græcorum viri- bus subnixus, primo impetu vinci non potuit, atque bellum usque in annum o- ctigentesimum septuagesimum tertium protrahendum fuit.

Pace necdum secuta Hadrianus Pa- pa mense Novembri anno octingentesi- mo septuagesimo secundo fatis functus est, postquam S. Sedem annis prope quin- que tenuisset, jamque die Dominica de-

Mm 3 cima

Sæculum IX. cima quarta Decembris Successor eius
A. C. 873. tus Joannes, hujus nominis Octavus, (*)

Ecclesiæ Romanæ Archidiaconus, qui
S. Petri Cathedram annos decem occu-

Ann. Bert. pavit. Nunc vero Joannes olim Adal-
gisi prolem e fonte lustrali levaverat;

Ann. Bert. quare Ludovicus Imperator, timens ne
873. bellum contra Ducem Adalgisum suscep-
ptum male verteret, ex suis misit, qui
Papam rogarent, ut ad se Capuam ve-
niret, seque Ducis reconciliaret, quo spe-
cies esset, Imperatorem a Papa exora-
tum Ducis veniam concessisse.

§. XXVI.

Carlomannus oculis privatus.

Rex Carolus in Francia non ignarus,
quosdam in regno suo rerum novan-
Ann. Bert. darum cupidos spem suam in Carloman-
to. 9. Conc. no posuisse, anno octingentesimo septu-
gesimo tertio Silvanecti, ubi ille custo-
diebatur, convocato Conventu Libel-
lum accusationis obtulit, ad Ansegilum
Archiepiscopum Senonensem, & Hilde-
garium Episcopum Meldensem directum,
quia posterior Carlomannum in Dia-
conum ordinaverat, & Ansegilus Metro-
polita ipsius erat. Ad Episcopos pro-
vinciae Remensis quoque directæ erant
que

(*) Hunc Platina Nonum perperam ip-
pellat.